



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

13. Dissuadentem sibi Crucem, suamq[ue] Crucifixionem habet, tanquam Satanam, & à se cum indignatione amandat.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

28 CHRISTVS CRUCIFIXVS.

cessit? approbavit orationem? consilium mutauit? CRUCEM reiecit? Reiecit? immò verò maiori animo suscepit, Petrumque tam durè atque ynquam antea obiurgauit, subitoque compescuit, & statim subiecit: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat CRUCEM suam, & sequatur me.* Quasi ratio vniuersæ salutis nostræ in cõtemptione omnium rerum humanarum, & vitæ humilitate, CRUCEQUE consistat. Quod sanè Dominus IESVS non tam verbo docuit, quàm re ipsa comprobauit.

a. S. Marcus cap. viii. b. Matthæus Radarius 2. p. Viridarij SS. cap. 6. de Humilitate Christi.

III.

AMATOR CRUCIFIXI
dissuadentem sibi Crucem, suamq; Crucifixionem, habet tanquam Satanam,
& à se cum indignatione amandat.

13.
CHRISTI
in Crucem
propensio.

HVe ducit Christi Domini exemplum quod multas habet circumstantias consideratione dignissimas. Postquam Christus Dominus patefecisset Discipulis Diuinitatem suam, mox docuit eos de sua PASSIONE &

MOR

MORRE: tum vt perfectè eos instrueret in fide, cuius duo sunt principia, Christi Diuinitas, eiusque Humanitas, cui adherent PASSIO & CRUX, per quam redemit orbem: tum ne videntes Christum patrac mori in CRUCE de eius Diuinitate dubitarent: tum, vt ostenderet esse congruum mori in CRUCE, ad satisfactionem pro peccatorum debito, & vt sic intraret in gloriam suam: denique vt ita incitaret sequaces suos ad ferendum post se CRUCEM.

Vt audiuit Petrus Christum de CRUCE differentem, assumens eum seorsim, *Petri d*
hoc est, retrahens, & ab alijs seuocans, *Crucifi-*
ne coram ijs Magistrum reprehenderet. *xione*
Christi dixit: *Abstine à Te Domine, non erit Tibi* *horror,*
hoc: ac si diceret, vt colligitur ex Græco, propitius sit Tibi DEVS, prohibeat hoc Pater æternus, parce Tibi Christe, nam potes: quid cogitas? Tu in CRUCEM: Filium DEI vult crucifigi? ô probrum! ô dedecus!

Hæc audiens Christus, quamuis ex *Satana*
amore erga se Petri prolata, ad eum *nomen.*
conuersus, dixit: vade post me Satana: scandalum es mihi (Syrus legit, offendi-
culo es mihi) quia non sapies ea qua DEI
sunt, sed ea qua hominum. Acris increpa-
to, & tam acerba, vt existimauerit

30 CHRISTVS CRVCFIXVS

S. Hilarius, quamuis τὸ vade post me, referatur ad Petrum, tamen. τὸ Satana scandalum es mihi, non referendum ad Petrum, sed ad Diabolum, qui suggererat Petro, vt diceret: Absit à Te Domine.

An ad Petrum referendum.

Sciens, inquit Hilarius, Domineis diabolicae artis instinctum, Petro ait: Vade retrò post me, id est, vt exemplum suae PASSIONIS sequatur. In eum verò per quem opinio haec suggereretur, conuersus, adiecit: Satana scandalum es mihi. Non enim conuenit existimare Petro Satana nomen, & offensionem scandali deputari, postmodum illa beatitudinis, & potestatis iactantia praconia.

Petrus quomodo Satanae.

Nihilominus reliqui Patres b. & Scripturae Interpretes, τὸ Satana, iungunt cum vade post me, totumque Petro dictum arbitrantur, hoc sensu, abi a meo conspectu, facesse hinc, recede quanto-cunq; nam dum talia suggeris non amicus mihi es, sed Satanas, id est, aduersarius, & scandalum, hoc est, offendiculum mihi praebes, & impedimentum ponere niteris. CRUX mihi subeunda est: hoc salus hominum exigit, ita decreuit Pater, sic egomet, voluntarie sacrificandus, proposui.



S. Hil.

S. Hieronymus. *Mea voluntas est, & Voluntas Patris, ut pro hominum salute (in Cruce Christi & ce) moriar? tu tuam tantum considerans Patris voluntatem, non vis granum vitici ca-* Crucifixio.
tere in terram, ut multos adferat fructus

Idem, Petre, (ut commentatur S. Thomas) quia contrarius voluntati meae, debis aduersarius appellari (Satanas enim interpretatur aduersarius) siue contrarius.) Non tamen, ut plerique putant, eandem Satanam & Petrum sententia condemnantur: Petro enim dicitur: Vade retrò me Satana, id est, sequere me, quia contrarius es voluntati meae. Ille autem: vade Satana, & non ei dicitur, retrò: ut sabaoth dicitur, Vade in ignem aeternum.

Causa erroris in Petro additur verbis istis: Non sapis (non cogitas, non perpendis) quae Dei sunt, sed ea, quae hominum ex affectu humano loqueris, quod suggerit humana prudentia, quod caro & sanguis, quod amor terrenus, proferens: decretum Patris aeterni perpendendum esset de Cruce portanda & subeunda, ac secundum illud cogitationes omnes & consilia referenda.

a. Matthaei xvi. 22. Marci 8. 32. b. S. Chrysostomus, Enchiridius, Hieronymus, S. Thomae.

Petrus
contra-
rius.

Idem Saba-
oth

Causa er-
roris Petri
Affectus
humani